UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Vigilantia

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

lexandro Macedoni ſcripſit Androcides. Quibus ſi ille obtemperauiſſet, profecto amicos in temulentia non in- ... ait Plin. nec ipſe inſuper tandem in temulentia periiſ- ... eadem cibi indifferentis, ac potus parcitas in cunctis fe- ... ibus, atq; principibus fuit, & in Iulio Cæſare ſingularis, ... um veſtræ ſit præferenda libidini, ſomnus veſter illorum ... & geſtarum rerum gloriæ collatus indicio eſt. Lautiſſi ... victu R. Si honeſtis etiam rebus frui vetitum, quanto ma- ... is ac turpibus? Nec te pudet, in eo, quod ad caduci cor- ... um ſpectat, immortalis animæ fructum ponis. Epi- ... gma, ſed infame olimq; reiectum, deniq; cunctis ex vo- ... quæ corporeis ſenſibus obrepunt animæ illas eſſe fœdiſ- ... um eſt, quæ tactu, guſtuq; ſeſe ingerunt, quod illæ ma- ... cum belluis ſint communes, & in belluinos mores rati- ... al incuruent, quo nihil abiectius humana ſors patitur. ... & variis cibis delector. R. Et delectare, fruere, ſi nil peius, ... re pecudis pabulo gaudere, aut reconditorium ferculo- ... & ſuum dolio munus eripere, deniq; ſic habeto, non poſſe ... am probas vitam diu pati, faſtidio eſt vicina ſatietas, ieiu- ... bus condit. Nil niſi dulce ac ſapidum guſtat fames. Nil ... am, quod non nauſea reddat inſipidum ac ſordidum. Ipſi ... delectationi huic intendunt, appetitu, & raritate illa acui ... reliquas copia frequentiaq; contundi, & in nihilum ſæ- ... contrarium verti. Ipſe demum profeſſor voluptatis Epi- ... em victum, quaſi vnicum ſuæ profeſſionis auxilium & ... & coluit. Quodq; ſobrietati ac modeſtiæ tribuunt ho- ... hoc ille tribuit voluptati, vt quamlibet viuendi viam eli- ... ſis finibus vnum callem conuenire noueris, vno victu v- ... ntai ſemper ac modico, niſi quem honeſtis ex cauſis rara ... ntia, illæſa ſobrietate laxauerit, victus hic ſiccos & validos ... placidos facit, & odore corporis nec ſibi nec aliis moleſto. ... madidos, æſtuantes, tremulos; olentes, & vt Ciceronis v- ... , confer & ſudantes, & ructantes, tunc videbis quid inter ... em interſit, & crapulam, & ſi non virtus, at aſpectus ipſe ... recta quo nam vergat electio, vt vix ſit quiſpiam tam ... us, qui acriter re diſcuſſa non ſobrietatem longe illi præ- ... fateatur. Si hæc ſpernis vt leuia, nunquid & morbos ... ntes, mortemq; contemnes, quæ licet per ſe ipſam magnis ... contemnenda ſit naturaliter atq; honeſte: ſeu certe non tur- ... cta, ſic turpibus cauſis accerſita morte nil fœdius, nilq; ... ilius. An vero non audis eccleſiaſticum conſultorem: ... us eſſe, inquit, in omni epulatione, & non te effundas ſu- ... m eſcam. In multis enim eſcis erit infirmitas, & auidi- ... pinquabit, vſq; ad choleram, propter crapulam multi per- ... qui autem abſtinens eſt, adiiciet vitam. G. Lautis, & multi- ... or cibis. R. Aſellum tuum, ſi nimis preſſeris, opprimes, ſi ... ue, is, calcitrabit, venter vero depoſitarius malæ fidei eſt. ... ficax conſilium videtur ad omnes, & præſertim gulæ ille- ... comprimendas exitum contemplari.

¶ SIMILITVDINES.

...ri. Plantæ non ſemper ſeruant indolem ſuorum ſemi- ... e eam mutat cœli terræque ſocietas: Ita victus atque ... ſubinde mutant ipſam naturam. *In Apophthegmate*

...admodum neq; is qui multum collegit mannæ, abunda- ... is qui parum, eguit. Sic neq; vita cuiuſquam eſt ex abun- ... rum quæ poſſidet, ſed facili ac breui victus promptitu- ... *pophth.151.*

... *Abſtinentia, Temperantia, Luxus.*

Viduitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

...a, Græce χηρεία, ας, ἡ, & χήρα, ας, ἡ, vidua dicitur. Hebr. *Al-* ... id eſt non habens partem in marito ex *Al*, id eſt, non, & ... id eſt pars à verbo *alam*, loqui non potuit. Obmuteſcit ... coram affligentibus eam. *Illem*, mutus. *Pſal.*38.14. Vi- ... ex ſignificatione vocabuli, ſeu ſecundum etymologiam ... qualibet mulier ſine viro, etiamſi nunquam virum habu- ... ſine duitate. Et dicitur à ve, quod eſt ſine, & duo, ſeu ... vecors & veſanus. *ff. de verbor. ſignific. l. malum. §. Vul-* ... *garis.*

... dicitur quaſi idua, hoc eſt à viro diuiſa. Iduare enim he- ... gua diuidere eſt. Hinc viduare pro priuare capitur. Hinc ... itas, calamitas dicta, quod viduet, id eſt, priuet bonis. A ... diuiduo per compoſitionem deducitur. Veteres enim ... diuido dicimus diuiduo dicebant: vnde diuiduum, quod ... bile, modo ſeparatum, ſignificat, cuius contrarium in- ... quod Græce ἄτομον vocant.

¶ LOCI BIBLICI.

Vidua, in delitiis viuens, mortua, 1. *Tim.* 5. 6.

Viduæ munuſculum à Chriſto laudatur. *Luc.* 21. 3. Viduæ Deus facit iudicium, ipſe dat victum, *Deuter.* 10. 18. Viduæ parabola, quæ crebris precibus iudicium æquum obtinuit ab iniquo Iudice, *Luc.* 18. 2. & c. Viduæ filius ſuſcitatur, *Luc.* 7. *verſ.* 11. Viduæ quales in Eccleſiæ miniſterium, ſeu in Diaconiſſarum collegium recipiendæ, 1. *Tim.* 5. 3. Quot annorum recipiendæ, *verſ.* 9. Viduæ iuniores laſciuiunt, ideoq; deuitandæ ſunt *verſ.* 11. vbi non reiiciuntur viduæ iuniores ab Eccleſia, ſed ad numerum Diaconiſſarum non admittuntur. Viduæ veræ quæ, 1. *Tim.* 5. *verſ.* 2. quæ videlicet ſolæ ſunt, & omni humano præſidio deſtitutæ.

Viduarum domos comedere, *Matth.* 23. 14. Viduarum officium, 1. *Corinth.* 7. *v.* 8. 1. *Tim.* 5. 2. Viduarum habenda ratio, & benefaciendum illis, *Exod.* 22. *v.* 22. *Deut.* 16. *verſ.* 14. & 24. *v.* 17. 19. 20. 21 & 26. *v.* 12. 13. & 27. 19. *Iudith.* 16. 28. *Iob.* 24. 3. & 31. 16. *Eccl.* 4. 10. *Eſa.* 1. 17. *Ier.* 22. 3. *Zach.* 7. *v.* 10. 18. *Malach.* 3. 5. *Mat.* 23. 14. 1. *Tim.* 5. 3. *Iac.* 1. 27. Viduas pias quid deceat, *Iud.* 8. 4. *Luc.* 2. 37. 1. *Tim.* 5. *v.* 3. 5. *Tit.* 2. 3.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Viduæ virtutibus debent ornari.

Sic Iudith virtutibus, non veſtibus ornari ſtuduit. *Iud.* 8.

Erat Anna propheriſſa filia Phanuel, & hæc vidua erat vſq; ad annos octoginta quatuor, quæ non diſcedebat de templo ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens nocte & die, *Luc.* 2.

Quæ vere vidua eſt & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus & orationibus die ac nocte. Nam quæ in delitiis eſt, viuens mortua eſt; & hoc præcipue, vt irreprehenſibiles ſint, 1. *ad Timotheum* 5.

Anus ſimiliter in habitu ſint, qui religionem deceat, non criminatrices, non multo vino ſeruientes, vt honeſta doceant. *Tit.* 2.

Studioſe defenſari.

Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorũ: & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ; & filii veſtri pupilli. *Exod.* 22.

Viduas eius benedicens benedicam. *Pſal.* 131.

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Quid facit hæc vidua inter familiæ multitudinem, inter miniſtrorum greges?

Caueto omnes ſuſpiciones, & quod de te probabiliter fingi poteſt.

Neſciat vidua bigamiæ indulgentiam. *Hier. in epiſt.* 96.

¶ POETARVM DICTA.

Virg. lib. 4. AEneid. Didonis verba de Sicheo marito ſuo.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras
Pallentes vmbras Erebi noctemq; profundam,
Ante pudor quam te violem, aut tua iura reſoluam.
Ille meos primus qui me ſibi iunxit, amores
Abſtulit: ille habeat ſecum ſeruetq; ſepulchro.

Conſule Tit. de Matrimonio, Coniugio, & Caſtitate.

Vigilantia, Vigilia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Vigilia Græce ἀγρυπνία, ας, ἡ, & ἀγρυπνέω, vigilo dicitur. Hebr. *Schokedh*, à verbo *Schakadh*, Vigilauit diligenter, vigilanter attendit, excubias egit. Cognationem habet cum *Schakat*, quieuit: nam vigiles oportet eſſe quietos, atque alienos à tumultibus & ſtrepitu. Hinc Græcum verbum σχεδιάζω, ſtudeo, ex tempore aliquid facio, celeriter exequor, quod vigilantium & operi intentorum proprium eſt. Vigilia, ſeu vigiliæ vigiliarum, παννυχισμός. Hebr *Aſchmoreth, Aſchmurah, Schemuroth, Schimmurim*, excubiæ nocturnæ, à verbo *Schamar*, Cuſtodiuit, ſeruabit. Eſt autem vigilia, ſolutio & remiſſio ſenſus. *ſecund. Ariſt. lib. de Senſu & ſenſato.*

Vigilia eſt diſpoſitio, in qua anima imperat ſenſibus & virtutibus exterioribus, & mouet voluntarè ad operandum. *ſecund. Auicen.*

Vigilia dicitur à vigeo, eſt enim vigere validum & robuſtum eſſe, quaſi vim agere. Quare vigiles non ſegnes, non torpentes quales ſunt dormientes, ſed qui vigore ſuo ſunt. Vnde peruigiles non modo aſſidue vigilantes, ſed diligentes & induſtrios dicimus

Hinc vigilare, quod eſt ſtudium ac diligentiam adhibere, & inuigilare: alicui rei incumbere. Peruigilareq́; , quod eſt aſſidue vigilare. Martialis:

Nam vigilare leue eſt peruigilare graue eſt.

¶ LOCI BIBLICI.

Vigilantia piis omnibus ſed paſtoribus imprimis neceſſaria. *Mat.* 24.℣.24.43. & 25.13. & 26.41. *Marc.*13.33. *Luc.*12.℣.37. & 21.℣.36. *Rom.* 13.11.1. *Corinth.*15.34.2. *Tim.*4.5.1. *Petr.*4.7. & 5.℣.8.9.

Vigilemus & ſobrii ſimus, 1. *Theſſ.*5.6. Vigilemus in orationibus, *Coloſſ.*4.4.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Vigilandum eſt diligenter ad malum euitandum.

Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. *Matth.*26.

Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq́; , & non ſineret perfodi domum ſuam. *Lucæ* 12.

Vigilate itaq́; , omni tempore orantes. 21.

Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Euigilate itaq́; iuſti, & nolite peccare. 1. *Cor.*10. & 15.

Sobrii eſtote, & vigilate. 1. *Pet.*[illegible]

Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies quando veniam ad te. *Apoc.*3.

Bonum conſeruandum.

Beatus vir qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. *Prou.*8.

Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes. *Eccl.*31.

Qui vigilauerint ad illum, inuenient benedictionem. 32.

Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini. 1. *Cor.*6.

Orationi inſtate, & vigilantes in ea cum gratiarum actione. *Coloſs.*4.

Indeſinenter.

Vigilate, & eſtote parati, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit, & quia neſcitis diem atque horam. *Matth.* 24. & 25.

Videte, vigilate, & orate, neſcitis enim quando tempus ſit: *Marc.*13.

Vigilate ergo, neſcitis enim quando dominus domus veniat, ſero an media nocte, an galli cantu, an mane: ne cum venerit repente inueniat vos dormientes: *ibid.*

Eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. *Luc.*12.

Beatus qui vigilat. *Apoc.*16.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Hor.1.epiſt.7

Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones:
Vt teipſum ſerues, non expergiſceris? &c.
Si non
Intendes animum in ſtudiis & rebus honeſtis:
Inuidia, vel amore vigil torquebere.

Ouid.1.Art.

Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes,
Curaq́; , & immenſo qui fit amore, dolor.

Martial.9.

Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue.

Plaut. Rud.

Vigilare decet hominem.
Qui vult ſua tempori conficere officia.
Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro, & cum malo quieſcunt.

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Quicunq́; viuere & ſapere cupit, maxime quam longiſſimo tempore vigilet, ſola ſanitatis commoditate ſeruata: ad hanc vero non multo opus eſt ſomno, ſi bene aſſueueris ſomniis: magiſtratus profecto in vrbibus noctu vigilantes hoſtibus terrori ſunt. *Plato.3.de Legibus.*

Hinc eſt Homerus tam frequens in decantandis laudibus vigiliarum, dum toties concilium deorum prima luce habitum fingit. Hinc & Heſiodus auroram omnibus vitæ ſtudiorumq́; agitationib. accommodatiſſimam eſſe ait. Plato lib. de legibus 7. iuuentutem, vt primum lucere cœperit, ad vigilias, omnemq́; vitæ atq́; officii rationem erudiendam docet Ariſtot. quoq́; ingenii viribus tum acuendis, tum maxime excitandis conducturum matutinæ vigiliæ curam in Oeconomicis ſcriptum reliquit. Nec immerito Cleanthis & Ariſtophanis lucerna toto orbe celebratur. Quid dicam de Demoſthene, quem Cic. 4. Tuſcul. quæſt. lib. ſerio doluiſſe affirmat, ſi quando antelucana opificum induſtria victus fuiſſet. Et idem lippiens Tullius paſſim ſuas matutinas vigilias, & ſolitudines ſyluarnm commemorat. *In Aurora Agricii.*

Princeps non debet incommodi ſui cauſa, curam reipublicæ omittere. *Xiphilin Tiber.*

Induſtria ac vigilantia largitione & luxu haud minus noxiæ ſunt, quoties parando regno finguntur. *Tacit. Annal. l.*4.

De vigilia. DIAL. LXXVIII.
Franciſci Petrarchæ.

DOL.

Dormire non poſſum. R. Vigila & gaude, vitæ [...]
ctum. Inter obdormire enim atq́; mori quid intereſt, [...]
temporalis, perpetuus alter eſt ſopor? Itaq́; neſcio an [...]
prie & ſomnus breuis mors, & mors ſomnus longu[...]
dici poſſit. D. Somnum perdidi. R. Non vi quidem, ſed [...]
petendus eſt, ſi incumbas perdis operam, cogi nequ[...]
requiem temporibus tuis, animo curas leues, impro[...]
cile animis vagis & corporibus feſſis obrepit. D. Sæpe [...]
interrumpitur. R. Fac quod ſolitus fertur Auguſtus [...]
bus aut fabulatoribus accerſitis, interruptum redinteg[...]
ribus curis hoc accidit, pone illas, hunc receperis. D[...]
nim loquebatur Maro, vbi ait, Salubres curas ſomn[...]
D. Somni requiem amiſi. R. Et terrorem ſomniorum [...]
metus: quamuis enim ſapientis meliora phantaſma[...]
opinetur & verum ſit, tamen & vir ille ingenio æqu[...]
imperio, ille autem alter ſanitate & patientia æq́; in[...]
pauloante ſimul diximus, ſomniorum graues ſen[...]
Nam quid alii ſentiant quiſq́; nouit in ſe & lectulum [...]
rum teſtem habet illuſionum, atq́; ambagum & ſom[...]
horum alter tempore extremo per ſomnum exterre[...]
de illo ſcriptum eſt. Alter vt dixiſſe dudum videor, [...]
quiete diſſererem, inter cæteras vitæ moleſtias que[...]
reant eum ſomnia, & viſiones horrore concutiant. D[...]
dormio. R. Solito igitur magis viuis. Nempe quod [...]
vt mors ſomnus ſic vita vigilia eſt. D. Somnum mo[...]
Sanitas reducet. D. Somnum amor excluſit. R. Bis re[...]
Morbus eſt enim amor, & morborum maximus. D. [...]
tus extinxit. R. Securitas ſuſcitabit. D. Somnum ſene[...]
Mors vicina reſtituet.

¶ APOPHTHEGMATA.

Plato ſomnolentiam improbabat, eoq́; ſcripſit in le[...]

Κοιμώμενος ὀυδεὶς ὀυδενὸς ἄξιος.

Nemo dormiens vlla re dignus eſt.

*Laert. l.*3.

Philippus in exercitu quodam tempore dormien[...]
Tuto, inquit, dormiui, vigilauit enim Antipater. Subin[...]
ſe regium indulgere ſomno præſertim in bello, niſi h[...]
ac vigilem præfectum. *Plut. in apoph.*

Parmenio. Idem quum interdiu dormiret, Græciq́; [...]
uenientes criminarentur illum: Nolite admirari, Parm[...]
nunc Philippus dormit. Nam quando vos dormiebatis, [...]
Plut.

P. AEmilius cum in bello contra Perſem inſtituiſſet, [...]
ne armis vigilias agerent: rogatus à quodam, cur fuiſ[...]
Reſpondit: vt metu hoſtium ſublata reſiſtendi fiducia a[...]
num pugnarent. *Plut.*

M. Cato. Eo milite ſibi opus eſſe nequaquam dice[...]
eundem manus, inter confligendum pedes agitaret; qu[...]
quam hoſtibus inclamando longius ſentiret. *Plut.*

¶ HIEROGLYPHICA.

AEgyptii ſacerdotes per *Leporis* hieroglyphicum [...]
primis intelligebant. Cauſam ponit *Horus*, quod *Lep*[...]
dormiendum apertos oſtendat. *Pier. Val. li.*32. *p.*[...]

Per Leonis etiam caput iidem Sacerdotes vigilan[...]
diam oſtendebant, cauſam addebant: quod ſolum h[...]
recuruos vngues habentibus, ſimulatq́; natum eſt, co[...]
p. z. F.

¶ EMBLEMA.

Vigilantia & Cuſtodia.
Emblema Andr. Alciat. XV.

Inſtantis quod ſigna canens det gallus Eoi,
Et reuocet famulas ad noua penſa manus:
Turribus in Sacris effingitur ærea peluis,
Ad ſuperos mentem quod reuocat vigilem,
Eſt leo, ſed cuſtos oculis quia dormit apertis,
Templorum idcirco ponitur ante fores.

Vindemia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL[...]

Vindemia, Græce τρυγητὸς, ȣ̃, ὁ, & τρυγάω, vind[...]
Batſir, Hebræis vindemia, à verbo *Batſar*, vindemi[...]
vuas, collegit racemos, muniuit vineas, ne pateat cui[...]
decerpendũ vuas. Cognationẽ habet cũ *Patſar*, irrip[...]
coaceruauit. Dicta aũt eſt vindemia à vino demendo, [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN